

... flos dicitur tradidit  
recte ut copia recte  
dum super cuius potest  
gaudium vestrum non esse  
proxima eligere que tam  
regni regnorum sunt sive  
secundus thalassum paze.  
Et uno tamquam spumam  
et flos humum potest  
speciem suam. Iocundum in  
antrum qui flos sive  
scitus vocatur ad piazze  
quae sunt etiam elegit magis  
pauis. Et in piazze  
elocutus primis vocatur  
in piazze et in piazze turbae  
vocatur. Et in piazze  
lebata. In episcopis  
eximis vocatur et in piazze  
vocatur. Et in piazze  
fiscatis. Et in piazze  
de laude. Et in piazze  
de gaudiis. Et in piazze  
in hoc etiam tam  
mutatis locis. Et in piazze

*Sammlung*

QUOD BENE SIT  
Novis Connubii Candidatis,

Viro Reverendo & Doctissimo,  
*Dn.*

M. JULIO SAT-  
LERO, ECCLESIASTAE  
GUELPHICO:

ET  
*Virgini morum formaq; Venere elegantissima*

VERONICAE Buntſt,

*Reverendi & Amplissimi Viri,*  
*Dn. JOANNIS, ABBATIS MARIAE-*  
*vallensis, FILIAE,*

*ex animi sententiā gratulantur*  
*Affines & amici.*



VVOLFERBYTI,

*Anno, quo*

M. IVLI SaDLerI nVptlæ.





## EPIGRAMMA NVPTIALE.



Onjugium in terris O R D O est  
sanctissimus, in quo  
A B B A S D E U S, sunt mansio-  
nes Conjugum  
COENOBLIA, at MONA-  
CHI MONACHÆq; , creante Iehova,  
Sunt Fæmina viriq; , quos una domo  
Conjunxit geminos semper servator & Author  
Vita jugalis optimus. Hujus O R D I N I S  
REGULALex C H R I S T I est i alis sanc-  
Multiplicamini, genusq; extendite (ta tenore:  
Prole novâ, ut mea perpetuis Ecclesia crescat  
Cultoribus, surgatq; plurima patria  
Planta polo. Hoc si quis sectatur in O R D I-  
D E O placere degit & suavissimâ N E Christū,  
Vt am: Quod cùm tu reputes, Doctissime Juli,  
Hunc O R D I N E M præcateris præbendere,  
Et Monachus fieri cupis, & tibi jungere Vesta  
VERONICAM, quæ non juā sanctis fidem  
Sed tibi despondet: Tu rursus & ipse jugalem  
Committe virginî pudorem: Vivise

A 2 Jam

enck

Jam Monachis facti, & vobis sit Regula cura.  
Vestrum beatum ego præcino Monasterium,  
Si modo sit vestrum, mandato munere fungi,  
Ventos habebunt mitiores omnia,  
Nec deerunt vobis Monachi Vestaq; recentes,  
Pro tintinabulis sonabunt cunula.

#### CANONES NUPTIARUM.

PVLChri tibi Ut pVLChro IVLI VeronICA Consors  
WngItVr, It SeXtVs, Sponsæ, NoVeMbrIs Eos.  
ALIVS.

NoVeMbrIs en fato bono  
LVX CLarVIt bIs tertia,  
SponsoqVe IVnCta est IVLIO  
VeronICA, ô Verè VnICA.

M: JOACH: POLYNGVS G.S. G.

#### ODE NVPTIALIS.

VT sæpe magnum fontis ab unius  
Parvis scatibus, fluminis alveum  
Dilatata augens ampliatq;  
Navigeras aqua prona vires:  
Hinc copioso gurgitis impetu  
Adacta passim, brachia longius  
Extenta non una abunde  
Porrigit exsuperans in oras.

Bcnè

Bene auspicatum sic, DOMINO auspice,  
SATLERIANAE stemma propaginis,  
Satu secundo & copioso,  
Ordia prima sui, inclutamq;  
Celebritatem non modò vincere  
Amat; sed altè, quâ potè, nomina  
Ornata vexillis honorum  
Tollere, & ulterius subinde  
Protendere audet: celsa abies velut  
Contenta non est vertice montium,  
Sed usq; se contendit ipsam  
Exsuperare, jugumq; summum,  
Quo nata floret; non hyemis modò,  
Ventiq; & æstus, sed quoq; fulminum  
Sævæq; contemtrix procellæ,  
Perstat, & aërii Tonantis  
Commota nusquam, triste periculum  
Vitat, comanti frunde superbiens  
Mirantur hanc salvam jugorum  
Numina quotquot, Orcadesq;  
Dryadesq; canæ saltibus imperant,  
Tutela præsens stirpibus arborum,  
Non absq; vicinæ minaci  
Invidiâ pereuntis ornii.  
SATLERIAM cui prætulero nurum?  
O liberorum nobilium parens!  
Matrona, quæ Junone major,  
Primigenâq; Ope, major Hebe!  
Quænam auspicati munere te poli  
Produxit Eos? quæ tibi candido  
Fulsere in ortu tam benignè  
Sidera? quod genitale signum

Nascentem amavit tot nitidissimis  
Ornare donis: stemmate quæ pio,  
Bono voluptatem PARENTI  
Suppeditas cupientiorem.  
Jamq; OPTIMO VERONICA JULIO.  
Reconditarum qucm sapientia  
Rerum, atq; doctrinæ paratae  
Copia, & ingeniosioris  
Innata Virtus stipat acuminis,  
In destinatam conjugij fidem  
Juncta est, maritaliq; casti  
Fœdere consociata lecti.  
Hanc, SPONSE, amores sicuti vinculis.  
Accopularunt, ut neq; fortius  
Cauti Prometheus, nec retortis  
Arctius Andromede catenis  
Sint alligati. Quippe VERONICÆ  
Te forma cepit blandiloquentula,  
Vultusq; majestate plenus.  
Non sine floridulis ocellis,  
Bellis ocellis: qualibus enitet,  
Australi in orâ, dexter idem tidem  
Et lœvus Orionis alti  
Aurcolis humerus mitellis.  
Qualis renidet florida punici  
Fissura mali: sic pia disfluunt  
Labella, quæ sputo cruoris  
Ipsa sui Cythera tinxit.  
Hac ergo freats COMPARE, nec time,  
Quicquid vclusquam coniugio crucis  
Aspergitur: namq; insolenti  
Cerberus hoc petit adlatratu.

Cui

Cui navigata est nulla Thetis, Noti  
Nescit procellas, nescit amara aqua,  
Et naufragium fluctuosi,  
Quem ciet unda maris, tremorem.  
Verum benignum Numen, in omnibus  
Cui fata parent subdita, proprio  
Thorum administrabit gubernans  
Mominus, consilioq; certo.  
Lecto jugali cælica militant  
Dicata castis agmina Nuptijs;  
Custode vita quis timescat  
Apposito, vigiliq; ocello?  
Quod si comato nec pilus unicus  
Mortalium de vertice labitur,  
Divina quæ non, teste CHRISTO.  
Prænumerârit ibi potestas;  
Quantæ ipsa curæ membra adeò integræ,  
Jugata sacro legitimè thoro,  
Est arbitris conditori,  
Corporis atq; animæ datori?  
Pulcrè ac beatè sit Tibi, sit Tuæ  
VERONICÆ, SATLERE. Sit hæc ferax,  
Quæ vitis instar fructuosa  
Cingat herile domus lacunar.  
Formosa vobis tollite pignora,  
Istoq; dignas SANGUINE res dehinc  
Virtute patratura, & almam  
Ingenio paritura famam.  
O si, cesaretæ ceu folia arbori,  
Renaſceretur flos juvenum TUO  
PATRI, ut videret in Icneumon  
Primigenos nitidæ renasci

A Etatis

A Etatis annos, inq; Aquilæ modum  
Fallentis ævum, se juvencere!

Ex cuius olim mentione  
Progenies tua plurimarum  
Exempla virtutum, ut meritò potest,  
Sic debet ultrò sumere: non quidem

Ad insolentem (turpe!) fastum,  
Sed generosam imitationem.  
Cape hoc amoris mnemosynon mei,  
Qui doctus hīc sum serpere tantùm humili.

Frustra laborat præpeditus  
Bellrophonta sequi viator.

28. Octob. an. 1614.

M. Henric-Iulius Strubius, Pastor & Sup. Lichteberg.

---

Aliud.

**Q**uæ vos Cardinei, cepit dementia, Patres,  
Olim quod fulmen vibrâstis ab urbe Tridenti,  
Fulmen, quo stygiis immittitur ille caminis  
Mystes, qui casto dabit unquam nomen amori?  
Rem calamo indignam, dignam mastigè refelli!  
Tutius ast verbo, quam verbere talia solvi.  
Panca canam, sed vera canam, vos pectoris imo  
Volvite secessu: Tharsensis Apostolus, Esto  
Presbyter omnis, ait, castè una uxore ligatus,  
Nubere nam præstat, quam torre libidinis uri.  
Quid! vos conjugium fugitis cane pejus & angui?  
Dicite, cur illud cimelia ponitur inter  
Romanae septena domus, septemq. sigilla?  
Eloquar an silentiam? Latia tu præsul in aula,  
Purpureiq. Patres, hanc legem ritè tulistis,

Taurus

Taurus ut in pecudes, sic luxurietis in omnes.  
Nec Papa tu patris ut mentiris, nomine dictus,  
Sed quia scortorum tua tractat de extra papillas  
Molliter, ecce Papæ sortitus nomen & omen,  
Et pontes quoniam scortorum condis ad ædes,  
Hinc tibi pontificis nomenq; omenq; trahuntur.

Felix ô Iuli, quod non de tramite recto  
Impiate rasæ flexit contagio turba!  
Sed vitæ sectaris iter melioris, & altâ  
Mente, Dei spectas quid portent dogmata veri,  
Indice quo nemo, quo fallitur indice nemo;  
Is vestra ut clemens, precor, haec incepta secundet.

M. FRIDERICUS FUNCCIVS,  
Scholæ Riddageshusanæ Rector.

In Pastoratum Reverendi, Doctiss. & Humaniss. viri Dn.  
M. JULII SATLERI, PASTORIS SVBVR-  
bii propc Henricopolin digniss: Ejusdemq; con-  
jugium Ann. 1614.

JULIUS ingenui soboles genuina parentis,  
SATLERI nomen qui ΒΑΣΙΛΗΟΣ haber,  
Exprimit ut magnum, satus est quo autore, pa-  
rentem

Ingenio, vultu, voceque panè pari,  
Ipse quod agnoscens, quo gaudet, esse talentum,  
Salvum, ait, hocce velis mi DEUS esse mihi:  
Sic genus hoc vita, quod mystica tractat, ut ille,  
Principi elegit propositumque sibi.

B

Dogma

Dogma amplexus idem est, profitetur idemque,  
salutis

Æthereæ CHRISTUM quod profite-  
tur iter.

Ecce LYCAONIAE prælustre quod adjacet  
arci

Castellum, hunc mystam fidum habet, audit,  
amat,

Cen pater ipse aulam vicinam, auleque dynastas  
Præco sacer verbi pabula lata docet,

In primisque tibi CALVINE docendo repu-  
gnat,

Doctrinæ excellens EG<sup>o</sup> pietate senex.

Vive diu ò JULI, clarumque æquare paren-  
tem

Si nequeas, saltem non procul esse stude.

Ecce studes: Probat acta tua ratio optima  
vita,

Et data quæ studiis tempora longa bonis.

Laurea sert a probant tibi reddit a, sacra docendi

Officium pariter quod geris ipse, probat.

Germina, nif fallor, tibi mox oritura, probabunt,

Dum socio subdis jam tua collatoro.

Hinc

Hinc pro te ingeminò hoc votum: CHRISO au-  
spice profer

Germina, quo*c*elebris protulit antè pater.

Sic cathedram thalamumque tuum complector

FULI,

Distinctum fieri cùm potuisset epos.

Res benè habet: Thalami decus afferis atque  
cathedra:

Musa (utinam placeat!) carmine tractab  
idem.

TILEMANVS PETZIVS Dornensium  
Pastor prope arcem Liebenburgam.

FINIS.





99 A 6908



JB

Rkt<sup>o</sup>1

VON



propter Christus.  
Quia metatio; ex  
enarratione norma dicitur  
ne com. nunc est  
enim quia supererit  
nemus armis ferientiam,  
ut inferre illucie-  
tum o. etiam uirtus ad  
elizabed: epis actio  
hanc. Et cunctis etiam  
1:1000 ut sanctifica-  
tio. De confessione iohannis.  
dix uenit ad baptismum.

**A**men. Tu

tu es Christus filius dei  
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei  
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei  
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei  
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei  
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei  
meum nomen habui a te.

11. 187  
mis al  
lelu ia  
cordia eius ap  
genies timetib  
**S**icut saluta-  
tie elizabech-  
tauit misericordia  
et repleta est gaudi-  
e vide distinctio-  
gulorum verbos  
des. Vocem pri-  
bech audiuit:  
nos pao: graci-  
illa nata e obo-  
dunt iste exult-  
o de uulercy. Al-  
iae dei sensit a-  
fia mulierem

# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Black

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
1  
Centimetres  
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

34  
E SIT  
andidatis,  
*Doctissimo,*  
SAT-  
SIASTAE  
CO:  
ere elegantissimæ  
E Kunsts,  
imi Viri,  
TIS MARIAE.  
IAE,  
gratulantur  
ici.  
Y T I,  
n Vptlx.